UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Historiæ Societatis Iesv Pars ...

Clavdivs. Res extra Europam gestas, & alia quædam / suppleuit Petrvs Possinvs Ex Eadem Societate ; Francisco Sacchino

Orlandini, Nicola

Romae, MDCLXI

Protestatio Avtoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-98261

Visual Library

PROTESTATIO AVTORIS.

CVm Sanctiſs. Dominus noſter Vrbanus VIII. die 13. Martij 1625. in Sacra Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634, quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitatis, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcumque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt nullo modo vult cenſeri approbata. idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631: ita explicauerit, vt nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam; bene tamen ea; quæ cadunt ſupra mores, & opinionem, cum proteſtatione in principio, quod ijs nulla adſit autoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantum ſit penes autorem: huic decreto, eiuſque confirmationi, & declarationi, obſeruantia, & reuerentia, qua par eſt inſiſtendo: profiteor me haud alio ſenſu quidquid in hoc tomo primo quintæ partis refero accipere, aut accipi ab vllo velle, quam quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat autoritate, non autem Diuina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, nituntur: ijs dumtaxat exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN